



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,  
Nvnqvam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

In Epistol. XI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

fol. 31. v. 3.

Artatij glorio hispatarij ) Ita corrigo: nam paulo superius vocat *Arasium gloriosum spatarium*. *Egolismensis* vocat hunc *Arasium*, *Protospatarium*. de dignitate & vestitu *Protospatarij* lego *ropalatum* de officii *Constantinop. palatij*. sed ne quid celem. quem supra typographus *Arasium* dedit, m. s. codex ita dubia litera scribit, ut nescias *Arasium* ne, an *Arasium* vocet. Quare utrobique *Arasium* appello. Hic locus in m. s. claris literis ita habet. *Arasidi gloriosi patrij. an legendum, Patriij?* Non desinio. Scio ex *Theophrasto* à proceribus Principum coniurationis contra *Nicephorum* electum esse *Arasium Quæstorem & Patritium*, virum pium & rationabilissimum. Quod cum multiformiter *Nicephorus* cognouisset, ipsum quidem cæsum ac tonsum monachum fecit & exilio relegatum in *Bithyniam* misit. At hæc contigerunt anno 807. *Nicephori sexto*. noster verò *Arasius* anno dicitur *Michaële Imp. ad Carolum M* iterum legationem obiit: unde patet alium esse, nisi quis dicat à *Michaële Nicephori* successore *Arasium* ab exilio revocatum. Ego malim *Arasium* retinere, & ab *Arasio* distinguere.

21. Amabilem ) m. s. animam amabilem fraternitatem.

## IN EPISTOL. XI.

fol. 33. v. 32.

**M** Artis stella) Ex his colligere licet an. 799. esse scriptam hæc epistolam. Tunc enim stellam *Martis* iterum comparuisse *Naturalistici* illius temporis sibi gratulati sunt. Neque enim hunc locum *Alcuinus* aliorum traho. *Egolismensis* in vita *Caroli M.* Hoc anno, id est, ab *Incarnatione Domini* 799. sydus *Martis* à superioris anni *Iulio* vsq; ad huius anni *Iulium* nusquam in toto cælo videri potuit. Et hoc est, quod *Alcuinus* ait: quam sol diutissime tenuit, sed *Nemæi leonis* terrore liquit. Nam 23. vel 24. Julij *Sol Leonis signum* iniecit.

3. Traditaq; est cancro ) m. s. traditaq; est cancro per hiemestres dierum hic multum dimisimus.